



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

5 Explicantur aliqui casus, in quibus dubium, an interueniat sollicitatio  
comprehensa in bullis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

# 404 De Confessario ad venerem solicitante

*nesciij, lib. 12. q. 2. n. 23. Ioan. Salas de legib. tract. 14. disp. 21. seqq.*  
 4. n. 20. Cum ergo constitutio de solicitantibus feminis loquatur, & favorabilis sit sacramento, ad viros solicitatos extendenda est. Et confirmo. lex privilegium, & quelibet alia dispositio extendenda est ad causam, ubi est eadem, & maior ratio secundum fatis probabilem sententiam, ut opimè probat Rebellus 1. lib. de obligat. iust. q. 6. seqq. 4. alii relat. Salas de legib. tract. 14. seqq. 5. à num. 1. Ioan. Sanchez disp. 11. select. à n. 12. qui varios casus in confirmationem huius principij adducunt. Cum ergo huiusmodi constitutio majori ratione procedat in solicitantibus viros, quam feminas, cum delictum grauissit, & eiusdem rationis, efficiat facere esse ad huiusmodi crimen extendendum. Neque obstat bulla, & edita Inquisitorum tantummodo loqui de solicitantibus feminis. Nam feminæ exempli gratia apposite fuerunt, legesque attendunt ad ea, quæ frequenter contingunt, eaque prohibent nominatum 1. nam ad ea, si de legib. & per hoc pater responsio ad rationem dubitandi in contrarium adductum.

## P V N C T V M III.

An Confessarius solicitans feminam, vel virum  
ad actus, solum venialiter in honestos,  
denuntiandus sit sub  
gravi culpa.

1. *Affirmant aliqui.*
2. *Venialia peccata contra castitatem non sunt mortalia, tamen in sacramento sunt.*
3. *Non obligatur sub gravi culpa sic sol citantem denuntiare, quando constat panitentiam de animo confessari.*
4. *Satisfit contraria ratione.*

**I**oan. Sanch. disp. 11. select. n. 22. cum Seraphino à Freytag 7. num. 33. affirmat. Mouetur, quia tangere manum, vel manillas feminæ, digitos intorquere; vellicare in genere castitatis, peccata venialia sunt, quando ob solam delectationem absque viteriori fine, vel periculo pollutionis habentur, vt alii allegatis docet Thom. Sanch. lib. 9. de matrib. disp. 45. n. 1. 16. Salas 1. 2. tom. 2. q. 64. tract. 13. disp. 6. seqq. 20. n. 14. 6. et seq. 21. n. 14. 9. Freytag 7. n. 28. At si haec fiant in confessione ante, vel post immediatè, peccata mortalia sunt contra religionem ob indecentiam sacramento factam, sicut intra genus temperantiae leue peccatum efficit modicum cibi sumere, at in ratione sacrilegij grauissimum esse, si illo sumpto ad Eucharistiam accederet.

2. Verum non caret difficultate haec doctrina. Nam ex iure naturali, & diuino peccata de se venialia in materia castitatis, eo quod sunt in sacramento Peccantia, non redditur mortalia contra religionem: alias quodlibet peccatum veniale in materia iustitiae, humilitatis, & patientie, factum in sacramento Peccantia efficit mortale sacrilegium, quod nemo concedit: cum sequente naturali & diuino omnia prohibantur. Restat ergo ex iure positivo haec prohibito oriatur. At ex supradictis decretis Pij IV. Clementis VII. I. & Gregorij XV. non fit aliqua specialis prohibito de peccatis venitalibus, sed solum prohibetur id quod de se malum, & in honestum est; ita quod malum, & in honestum est, idem prohibetur. Ergo si solum est malum, & in honestum est, in ratione peccati venialis, in ratione peccati venialis prohibetur ob religionem. Sicut cum prohibetur percussio clericorum ob reuerentiam ordinis debitan, non prohibetur quelibet leuis percussio sub gravi culpa, si leuis sit; quia haec omnia prohibentur, quia mala sunt, & consequenter eo modo quo mala sunt, eo modo ob reuerentiam sacramenti prohibentur. Adde, ex supradictis decretis Pontificum nequam colligi potest eos intenduisse, veniale contra castitatem, fieri mortale contra religionem, immo potius contrarium non leuitate colligitur. Nam in Bulla Pij IV. dicitur facerentes denuntiandos esse, cui multe penitentes ad actus in honestos prouocant, & loco reconciliationis cum Deo grauius peccatorum mole eas onerant, & in manibus diaboli tradidunt. Quæ verba necessariò respiciunt actus in honestos, qui peccata mortalia sunt: nam per venialia nec traduntur in manibus diaboli, nec grauiori mole onerant. Clemens vero VIII. nihil aliud fecit, quam renouare supradictum decretum. Gregor. vero XV. in sua constitutione vocavit impium hoc, ac nefandum scelus, & illud facientem infernalem, veneficium, & proditorum execrabiliter, quæ cum inductione ad peccatum veniale nequaquam videtur cohærente.

3. Propter haec non improbabile videri potest, si sacerdos penitentem tractibus alius honestis tangat, qui ex circumstantiis solum peccata venialis sint, & ipse penitens intelligat sacerdotem nullo modo habere animum viterius progreendi, neque penitentem periculum consentiendo in grave crimen, non committit peccatum mortale contra religionem, sicut neque contra castitatem, neque fore denuntiandum sub gravi culpa. Verum si ex circumstantiis colligerentur animus sacerdotis viterius progreendi, censenda efficit talis sacerdotio grauissima, quia sufficienter praesumit penitentem ad grave crimen sacerdotem voluisse ipsum

inducere.

4. Ad rationem in contrarium respondeo, illa quæ secundum se peccata sunt venialia, vel nulla peccata, possit fieri peccata mortalia in materia religionis: vt in exemplo adducto, de cibo sumpto ante Eucharistiam. Sed hoc est quando non prohibentur qua ratione in se mala sunt, sed solum ob reuerentiam facis debitas. At quando solum prohibentur, quæ ratione mala sunt ne fiant in sacramento, sequuntur naturam, quam habent. Vnde si peccata venialia sunt in ratione iustitiae, vel canticis, peccata mortalia sunt in materia religionis: si vero mortalia, peccata mortalia sunt in materia religionis.

## P V N C T V M IV.

An si penitenti tribus in confessione chartam postea legendantur, in qua ad Venerem incites, censearis solicitor in confessione, ac proinde denuntiandus, & puniendus.

1. *Placet alicui sic esse affirmandum.*
2. *Proponuntur rationes in contrarium.*
3. *Videatur ob illas pars negans probabilitatem.*

1. **V**identur abolutè affirmandum, quia traditio illa charta est incepta sollicitatio, & negari non potest per illam iniuriam fieri sacramento: si quidem tempore quo monodus erat penitentis de mutatione vita in melius, instrumentum tradatur ei, quo laetatur, sic Ioan. Sanch. disp. 11. select. n. 31.

2. Sed obstat primo, quia talis chartæ traditio est solum causa solicitations, non vero sollicitatio. Non enim nunc quando trudit charta, mouetur penitentem ad malum, vt suppono. Ergo tunc non sollicitatur: sollicitatio namque est intentio, & motio voluntatis alienæ, cum autem non moueatur penitentis voluntas in confessione, sed extra, quando scilicet legit chartam efficitur in confessione non sive factum sollicitationem, ac proinde non fore ex obligatione denuntiandum. Confirmo, vt Sacerdos subiicitur penitentis in Bullis aduersus sollicitantes, requiritur ut delictum solicitations, in ratione sollicitationis sit completum: sicut requiritur homicidium completum, ut irregulare homicidium contrahatur, & percussio clericorum, ut excommunicatio liger, neque sufficit causam dedisse his delictis. Cum igitur in traditione chartarum non sit sollicitatio completa, ita neque sollicitatio, non erit Sacerdos sic peccans denuntiandus, & puniendus ex rigore decreti inquisitionis.

Secundo finis principiū intentus in Bullis aduersus sollicitantes non procedit in hoc casu. Finis enim est, ne penitentes loco reconciliationis grauitoribus peccatis onerentur & loco medicina venientias propinuetur. At in supradicto caufo cestis hic finis, cum absolute per confessionem penitentis cum Deo reconciliatur, & medicina, & non venenum ei propinetur cui reconciliationi, & medicina charta tradita non obstat. Et explico hoc exemplo. Si enim chartam anatoriarum tribuere penitenti dam alteri personæ legendantur, quamque velles provocare ad malum, quis diceret te venenum in confessione huic penitenti propinnales, cum ipse ignarus sit, quid charta continet, neque obinde impediat à reconciliatione cum Deo: Ergo similiter dicendum videatur, quando charta traditur penitentem legenda ab ipso, quia vilique dum legit non propinatur illi venenum. Item talis actio prout est facta in confessione indifferens omnino est in foro externo, neque ab alio quam à tradente malitia eius cognoscitur. Ergo non venit denuntiandum. Solum enim actio, quæ malum appetere in sacramento, quæque penitentem in latencia maculare potest, denuntiari debet.

3. Haec rationes probabilem videantur reddere partem negantem, talem scilicet traditionem chartarum non esse sollicitationem comprehensam in Bullis, si charta non immediate post sacerdotium factamentum legatur; sed transacto iam tempore. Verum quia hoc delictum grauissimum, & periculosisimum est, præsumi debet, & coerceri omnis occasio illud committendi.

## P V N C T V M V.

Explicantur aliqui casus, in quibus dubium est, an interueniat sollicitatio comprehendens in Bullis.

1. *Si feminam incites, ut alium in copulam admittat, denuntiandus es.*
2. *Si sollicitas, ut mediet, esto probabile aliquibus videntur non fore denuntiandum ex decreto Clementis. At probabilitas censio oppositum.*
3. *Si feminam sollicitas ad Venerem, & tu renuas contentum suum, aliqui existimant te esse denuntiandum.*
4. *Verius censio oppositum.*

Prima

<sup>1</sup> Primus est, si in alterius gratiam fiat solicitatio, v.g. si ferum amittiges, ut alium in copulam admittas. Et quidem in hoc calo confundit et esse solicitationem comprehendit in Bullis, cum vele penitentem ad turpes actus inducas, per accidensque et hinc tecum excedendi, vel cum alio, ita docet Ioan. Sanctus disp. 11. num. 43. cum Acunca quaf. 17. num. 5. Secundus est, spiritus.

<sup>2</sup> Secundus ex, si feminam sollicites, non quidem tibi, neque alter copulandam, sed ut mediet, & intercedat, ut alia formina in fornicatione conficiat. Et quidem ubi dictum Gregorij XV. receptum est, omnino affirmandum est, esse solicitationem ibi prohibiti sunt, & denuntiandam. Ait enim Poaelex, denuntiando res sacerdotales, qui ad inhonestas sine inter se fuis cum a iis perperanda sollicitauerint. Itenque qui cum penitentibus illicitis & inhonestis sermones, sine tractatus habent, Verum ex confirmatione Pij IV. & Clementis VIII. & ex decreto Inquisitorum existimat Acunca q. 17. n. 8. & Freytes n. 14, probabile est non esse solicitationem ibi copreceptam, neque talis Confessarius sic sollicitantem denuntiandum inquisitionem, quia hec sollicitatio cum non sit ad exequendum carnis agitum cum penitente, non videatur in Bullis prohibita. Multo eam videtur probabilis & esse solicitationem ibi comprehendens, & esse denuntiandam Nam ex supradictis Bullis, & ex edicto Inquisitorum mandatur denuntiari sacerdotes, qui mulieres penitentes ad actus inhonestos prouocant, euallitie. Qui autem prouocat penitentem, ut mediet, aboliuit prouocat ad actionem, non tollit a emin mediato actus inhonestus est, & eiusdem specie cum criminis pervertendo. Item tota ratio probandi sollicitationem penitentem factam procedit prout, omni venenam propriei Confessarius, cui debet antidotum suum prouidere, & loco reconciliationis grauem peccati incepit, fonte tempore luttum admisceat. Ergo eam hoc decreti sui institutu in favorem sacramentorum penitentiationis non limitandum est, sed potius extendendum, ut diximus.

<sup>3</sup> Tertius casus est, feminam te sollicitare ad confessionem, tu vero renous intendens solum tactibus oblectari, & ad illos solos feminam prouocare, denuntiandus ne sis? Ioan. Sanchez disp. 11. n. 28. in fine, eximatur te denuntiandum: quia tam a copula quam ab osculis, & tactibus auertere potest feminam, ergo cum actus prouocatis, male facis. Et confirmat, Si enim feminam te prouocares ad sodomiticum congreffum, tu vero remous intendens solum tactibus oblectari, & dum dubium denuntiandum sit, quia talis prouocatio mala est. Esto enim licitum si minus malum alteri confundere, ut manus viretur, quando alia via vitari non possit. At cum quilibet in se ipso vitare possit minus maleficis effectio minoris, nullo modo licet minus efficer. Non enim licet feminam inducere ad nefandum congreffum, item vas naturale, ut prouocare feruerit, quia talis oblatio intinde mala est, sic io prieat non licet tibi inducere ad congreffum solum tactibus oblectari, & ad illos penitentem inuicere. Ergo ve non denuntiandus.

<sup>4</sup> Verum mihi se offert contrarium dicendum. Fatoe namque si feminam prouocares Confessarius ad Sodominam, ipsa vel ad naturalem congreffum incitaverit, vel e contrario Confessarius denuntiandum: quia absolutus Confessarius induxit et ad malum, ad quod non est a penitente provocatus. At quando solum congreffum, volens te tactibus tantum delectari conseruas Confessarius sollicitare ad malum, sed sollicitatione facta a feminam consentire, feminam enim inducens ad congreffum, tacere, & in virtute inducet ad oscula & tactus, ut pone preces ad ilium; & quaque de causa manifestata congreffum in confessione nulla est obligatio confundiri tactus, & oscula, velut in materia de confessione. Ergo Confessarius studens solum tactus, tenens veteris prosequi, non peruidet feminam, ad congreffum sollicitantem, aliquod malum ad quod ipsa non induxit, immo si bene perpendat, solum peruidet feminam, vel contenta sit sollicitatione ad tactus, & oscula, neque vita velite procedere. Deinde ipse Ioan. Sanctus illa disp. 11. n. 28. affirmat, si adiuuimus fiat sollicitatio, a feminam primo, a confessario deinde, ita ut mutuo se pellicentur, ad turpis actus complementum, non forte denuntiandum confessarium quia illo non est provocatio ex parte confessarii, sed in provocacione factam confundere, & illuc coquinare. idemque docet Acunca q. 1. n. 1. sed quando confessarius prouocatus ad confessionem peruidet solum tactus, & oscula, in dimidiatam prouocationem confundit. Ergo non venit denuntiandus.

## P V N C T V M VI.

An sola sollicitatio ad Venerem sit denuntianda Inquisitoribus.

- <sup>1</sup> Propter dubitabile ratio, ob quam probabile est omnem prauam sollicitationem denuntiandam esse.
- <sup>2</sup> Probabilis est hanc obligationem imponendam non esse penitentibus.

- <sup>3</sup> In usu aliorum sacramentorum sollicitatio ad Venerem non venit Inquisitoribus necessaria denuntianda.
- <sup>4</sup> Venit tamen sic delinquens denuntiandus superiori, ut illum corrigit.

<sup>1</sup> Ratio dubitandi est, quia ideo haec denuntiantur, quia sic sollicitantes de hæc sunt suspecti, præbent enim fundamentum falso, ut de illis suspicio formetur, non bene de sacramentis sentire. Sed haec ratio æquè procedit, si ad furtum, vel homicidium, vel aliud quodvis maleficium inducunt: immo maior malitia videtur adesse in inductione ad haec peccata, quam in inductione ad luxuriam, cum inducitio ad luxuriam magis ex passione procedat quam ex malitia.

Propter hanc rationem exiliata Pegna in direct. inquisit. 1. p. comm. 8. 1. verific. ille quoque, Inquisitoribus iubici sic punientur ad quelibet peccata sollicitantes.

<sup>2</sup> Verum esti probabiliter dici posse, ob facultatem generali Inquisitoribus datum cognoscendi de heresi suspectis, posse cognoscere de iis sollicitantibus, si deferantur. At credo nullo modo teneri penitentes si confessarius sollicitantem Inquisitoribus denuntiare, quia nulli causum est talem denuntiationem esse facienda, neque in brevibus Pontificum, neque in editis Inquisitorum, omnia enim hoc solum de sollicitantibus ad actus inhonestos loquuntur quia ob fragilitatem naturæ frequentius haec sollicitatio contingere poterat. & maius in ea periculum contentient, & ita doceat Ledeim de marimon. q. 5. art. 2. S. Et non est idem. Param. 2. quaf. 10. num. 12. & 12. Acunca quaf. 9. num. 3. & 6. Ioan. Sanchez disp. 1. 1. num. 23.

<sup>3</sup> Neque item sollicitatio ad Venerem in aliorum sacramentorum denuntiatio necesse est Inquisitoribus, quia nulli de huiusmodi delicto specialiter cautum est denuntiationem fieri. ita A. Acunca q. 19. numero 6. Freytes num. 10. Ioan. Sanchez disp. 1. 1 n. 42.

<sup>4</sup> Adiutorio tamen sollicitantem ad Venerem in usu aliorum sacramentorum, vel in confessione ad aliquod maleficium, fore denuntiandum suo superiori. ut illum corrigit, & emender, & iniurias sacramenti caueat, feruens tamen conditionis requisitus in denuntiatione facienda, de quibus in materia correctionis frateria, & denuntiationis judicialis.

## P V N C T V M VII.

Quæ sollicitatio censenda sit facta, ante, vel post, immediata ad confessionem, ut denuntiari debeat Inquisitoribus.

- <sup>1</sup> Ex decreto Clem. non constabat denuntiandum Inquisitoribus esse Confessarius, ante, vel post confessionem denuntiandum. At ex edito Inquisitorum constat.
- <sup>2</sup> Quod si ante, vel post immediata ad confessionem sollicitaret.
- <sup>3</sup> Ante confessionem sollicitat Confessarius, tamen si confessio non sequatur.

<sup>4</sup> Intelligi debet, dum modo feminam vellet statim confiteri.

<sup>5</sup> Non est sollicitatio ante confessionem denuntianda, si illo tempore neque feminam, neque sacerdos de confessione facienda statim cogitarunt, tamen si de facto confessio sequatur.

<sup>6</sup> Sed quid si feminam voluntem confiteri dissiadeas confessionem, animo incitandi postea ad libidinem? Si animum non manifestas, non est sollicitatio denuntianda, secus se animum manifestos.

<sup>7</sup> Proponitur quædam obiectio.

<sup>8</sup> Fuit illi falsus.

<sup>1</sup> Ex decreto Pij IV. & Clem. VIII. non constabat expressis verbis sollicitationem factam ante, vel post confessionem esse denuntiandam, eaque de causa motus est Fagundez de preceptis Ecclesiæ, 2. p. 1. 4. cap. 3. num. 31, affirmare nullam esse obligationem denuntiandum nisi sollicitatio in ipso actu confessionis fieri, hoc est post signum crucis, & ante abolitionem. At ex confirmatione Gregor. XV. & ex edito Inquisitorum constat fore denuntiandum.

<sup>2</sup> Illa ergo dicitur sollicitatio ante, vel post confessionem immediate, quando inter sollicitationem, & confessionem nihil aliud median, ita ut, neque confessarius, neque feminam ad extra nos actus diuerterent, ita Ioan. Sanctus disp. 11. num. 49, cum Freytes quaf. 9. n. 20. Paramo lib. 3 quaf. 10. num. 47. Vnde si abolitione impensa aliquis illorum ad extraneum actum diuerterit, & sic diuersus, vel feminam diuersam statim sollicitauerit, non dicendum est incontinenti sollicitari si Ioan. Sanctus supradictus Egidio de priuilegiis honestis artic. II. n. 19.

<sup>3</sup> Ut vero ante confessionem sollicitare dicatur confessarius, nullo modo requiriatur confessionem ipsam sequi: sufficit enim, si feminam accedentem confiteri peruidat Venerem, & confessio nem diuersitas, quia tunc confessarius laqueum parat, ubi à laqueis penitentem liberare debebat. Quapropter Gregor. XV. in sua confirmatione apposuit punctum, esse sollicitantem occasione confessionis